

Band VI., Nr. 1961, Seite 352-354

Pfalzgraf Rudolf von Tübingen gestattet dem Kloster Blaubeuren den Bezug des Fall- und Hauptrechts von dessen Eigen- und Zinsleuten auch in der Stadt Blaubeuren, verleiht ihm verschiedene andere Rechte in Beziehung auf die demselben unterworfenen Personen und entsagt seinen Ansprüchen an die Fischerei in der Blau.

Blaubeuren, 1267. Dezember 24.¹

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Rödolfus . . . *wie in der vorhergehenden Urkunde* . . . intuentibus . . . calumpnia . . . *bis* firmamentum. Universis igitur vobis et singulis notum esse cupimus, quod nos ad cor reversi, recognoscentes dampna gravia iniurias plurimas et gravamina multiformia nos et parentes nostros abbati et conventui monasterii sancti Iohannis baptiste in Blaburrvn, super quod ius advocaticium habuimus, tam intra septa cenobii quam etiam in possessionibus forinsecis, heu crebro, indebite irrogasse, quorum occasione gravaminum sacra divinorum officia, que per religiosas personas divinis dicatas obsequiis ibidem rite peraguntur, vel omnino frequenter neglecta sunt vel minus debito executata, quod in salutis eterne dispendium machinatur, in remedium animarum nostrarum et recompensationem qualemcumque litem et contentionem diutinam ac dampnosam dictis abbati et conventui motam sepius quamquam infructuose contra cives in Blaburrvn super inquisitione mortuorum censualium monasterii in civitate eadem commorantium determinavimus, dictis abbati et conventui concedentes, immo statutum condentes, ut de hominibus monasterio suo iure proprietatis vel censualitatis pertinentibus etiam in civitate Blaburrvn residentiam habentibus ius mortuarium, quod vulgo *val et hob[t]reht*^a dicitur, ammodo percipiant sine contradictione qualibet, non obstante statuto vel consuetudine civitatis, quod utique spontanea voluntas civium loci nobiscum nichilominus annuit et concessit. Servos quoque cenobii, quos in expensis continuis habuerint ubique in dicta civitate intra muros vel extra residentes, ab exactione collectarum, quod vulgo *stiura* dicitur, vigiliis et quibuscumque serviciis aliis quietavimus favore civium nobiscum unanimi concedente. Indulsimus insuper dictis abbati et conventui, ut si quis civium eiusdem loci puerum suum censualem

^aDas *t* und *r* sind aufeinander geschrieben.

¹Es liegt für die Datierung die *indictio Romana* zugrunde, sonst müsste sie in das Jahr 1266 gesetzt werden.

II

vel proprium monasterii extraneo, id est non censuali vel proprio, forte copulare voluerit, cum licentia abbatis hoc faciendum esse, alioquin tamquam transgressor ad abbatis gratiam tenebitur emendare. Villani quoque, si per indebitam copulam in civitatem suos parvulos copulaverint, penam, quam dominus abbas illis inferre duxerit, sustinebunt. Si quis vero rusticorum sub doli specie dictam intraverit civitatem visus querere subterfugia, ut, si forte in illa decesserit, substantiam rerum suarum cum abbate^b pro debito parciatur, statuimus, ut talis cum tota rerum substantia exiens iam emendet. Dicimus insuper et presentibus confitemur, quod in piscaria Cerulei fluminis, que ab ortu eiusdem fluminis usque ad vadum super curiam Altental apud Nydegge continue extenditur, nullum omnino ius umquam habuimus nec habemus, neque aliqua prava consuetudo piscantium ius aliquod inducere valuit, sed dictis abbati et conventui dicimus eandem proprietatis titulo libere pertinere. Ut autem predicta nostra statutorum donacio foret stabilior, nostro sigillo ipsam duximus roborandam et dominum E. venerabilem Constantiensem episcopum devotis precibus illam nobiscum sigillo suo petivimus confirmare. Et ut cautela nobis^c habundaret potior, testimonio sygillorum domini Vl. comitis de Schalkilinge et fratrum domus Teuthonice in Vlma domino E. tunc abbati et conventui in Blaburrvn in presenti pagina disposuimus collocari. Acta sunt hec publice in choro ante altare publicum sancti Iohannis baptiste et in dicto monasterio Blaburrvn, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. LX^o. VII^o., indictione X^a., nono kalendas Ianuarii, hoc est in vigilia Natalis domini, presentibus domino Vl. plebano in Asche, Al. dapifero de Rvgge, H. dicto Welze, Vl. de Vbrichingen, R. dicto Halder, C. dicto Tvrn, militibus, magistro R. dicto Schainböch et E. fratre suo, B. dicto Hornigar et Vl. fratre suo, R. dicto Lymbachar et E. fratre suo, B. Svnthamar, C. dicto Babbilohar et B. fratre suo, H. dicto Eshai et H. filio suo, H. dicto Hamersch[ll]ac, H. dicto Ernst, H. dicto Almindingar, civibus in Blaburrvn et pluribus aliis personis ydoneis, qui dicte rei cum fieret affuerunt.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den 6, an braun-weißen leinenen Fäden angehängt gewesenen Siegeln sind noch erhalten: 1) das des Ausstellers, rund, sehr abgerieben, der Rand abgesprungen: ein galopirender Reiter mit Topfhelm, am linken Arme den Schild, in der Rechten eine rückwärts flatternde Fahne; 4) das der Kommende Ulm, rund, c. 36 mm, gleichfalls sehr abgerieben, so dass von der Umschrift nichts mehr zu entziffern ist: 2 gegen einander gewandte weibliche

^bDahinter ein nicht mehr zu lesendes Wort ausgestrichen.

^cDahinter ein nicht mehr zu lesendes Wort ausgestrichen.

III

Figuren mit Heiligenschein (? die Begegnung Mariä mit Elisabeth); 5) ein Bruchstück desjenigen des Abts Eberhard von Blaubeuren, spitzoval (vgl. S. 352).

 An zwei Stellen des unbeschriebenen Raumes ist das Pergament durch mit Seide angenähte Stückchen ergänzt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

St. Blasien U 278

Überlieferung und Textkritik:

Original. Papierkopie: HStA Stuttgart A 478 Bü 6.

Regesten:

Regesten Grafen von Berg, S. 27, Nr. 118.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Blaubeuren

Ortsindex:

Altental Wohnplatz (16719)
 Altental, Blaubeuren, UL
 Asch
Wohnplatz (16720)
 Asch, Blaubeuren, UL
 Bad Überkingen
Wohnplatz (580)
 Bad Überkingen, GP
 Blaubeuren Wohn-
platz (16722)
 Blaubeuren, UL
 Feste Ruck Wüstung (23871)

Feste Ruck, Blaubeuren, UL, W
 Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN
 Neidegge Wüstung (23920)
 Neidegge, Blau-
stein, UL, W
 Schelklingen Wohnplatz (16943)
 Schelklingen,
UL
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÜ
 Ulm
UL
 Ulm Gemeinde (16620)